Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In festo pasche Antiphona

Ego sum qui sum et consilium meum non est cum impiis sed in lege domini voluntas mea est alleluia Psalmus Ut quid fremuerunt gentes in hereditate alleluia Gloria patri Ego dormiui et somnum cepi et resurrexi quia dominus suscepit me alleluia alleluia Domine quid multiplicati sunt alleluia Surrexit dominus de sepulchro alleluia

In illo tempore secundum Marcum Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ut venientes ungerent iesum Et valde mane una sabbatorum venerunt ad monumentum orto iam sole Et Responsum Omnia bona

Audistis fratres karissimi quia sancte mulieres quando fuerunt secute eum aromatibus ad monumentum venerunt et ea quae pretiosa dilexerunt ecce iam morte studio humilitatis obscuratur Sed res gesta aliquid in sacra ecclesia significat gerendum Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt quatenus cognoscamus ea quae nobis sunt et ea nunc imitando facienda Et nos ergo in eum qui mortuus est credentes si odore uirtutum refecti cum operione bonorum operum dum quaerimus ad monumentum perfectionis illius cum aromatibus venimus Ille autem multos angelos viderunt que ei aromatibus venerant quia videlicet illi mentes simplices caues aspiciunt quae ei virtutum odoribus ad dominum perfecta deuotione pertinent Tu

Responsum Angelus domini descendit de celo et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum sedit et dixit mulieribus nolite timere scio enim quia crucifixum quaeritis Iam surrexit venite et videte locum ubi positus erat dominus alleluia

Angelus domini locutus est mulieribus dicens quae quaeritis an dominum quaeritis

Notandum nobis est hoc quid nam sit quod magis angelis sedere cernit